Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Non pepercit. sed pro nobis omnibus tradidit eum; Quomodo non
& cum illo omnia nobis donauit; ergo securi sumus in tranquilla
tem cordis. nutriamus bonam conscientiam de panedi;
Ds uirtutum nobiscum susceptor noster. quanta cum quesit in fir
mitate tua. uide quis te suscipiat. aegrotat nescio quis. adiubatur
medicus; susceptum suum dicit medicus. aegrotum; Quis eum
suscepit ille magna spes salutis. magnus medicus eum suscepit;
Quis medicus. omnis medicus preter illum. homo. e; omnis medicus
quiuenit ad infirmum alia die. infirmari potest; susceptor noster
ds iacob; facta omnino infantem paruulum. quales a parentibus.
suscipiuntur; Quienim non suscipiuntur. exponuntur; Qui
suscipiuntur. nutriuntur. putamus nec suscipit ds. quomodo
infantem suscipit mater sua: Non sic. sed in aeternum; tua autem
uox. e. in illo psalmo; Qnm pater meus & mater mea dereliquerunt
me dns autem adsumpsit me. susceptor noster ds iacob;
Uenite uidete opera dni; Iam de hac susceptione quid fecit
dns. animaduerte orbem terrarum. ueni uide; Si enim non
uenis. Non uides. Non credis. longe stas; si credis uenis. si credis
uides; Quomodo uenitur ad montem istum. Numquid pedibus.
Numquid nauibus. Numquid pinnis. Numquid equis. quantum
ad tenet ad locorum. spatia. ne satagas. Ne contur beris. ipse ad
uenit; Et enim. ex lapide paruo creuit. & factus. e. mons magnus.
tantum implere. uniuersam faciem terrae; Quid uis ergo per ter
ras uenire ad eum. qui terras impleuit. Ecce iam uenit eu gila cres
cendo ad uigilantes pulsat. si tamen non tantum si in illis somnus. e. qui
diam contra montem. uenientem obdurescat; Sed audiant.
surge qui dormis. & exsurge a mortuis. & inluminabit te xps;
Multum erat iudaeis uidere lapidem; Lapis enim ille adhuc par
uus erat merito & paruum contemserunt. contemnendo. offen
derunt. & offendendo. quasi fatisunt; Restat. ut & conterantur;
hoc enim de lapide illo dictum. e. qui offenderit in lapidem illum.
conquassauit eum; super quem uenerit. conteret eum; aliud. e.
conquassari. aliud conteri; Conquassari minus. e. quam conteri;
sed neminem conterit excelsus uenens. Nisi quem quassauerit humi
lis iacens; modo enim antequam uenit dns. non humilis iacuit iudaeis.